

quæ duo simul juncta; tum aliis omnibus, tum sibi invicem satis esse: Alterum vero seorsim, neque sibi, neque cuiquam alteri satis esse posse. Horum igitur utrumq; hanc optimere facultatem ignem siquidem omnia semper movere, aquam verò omnia perpetuò nutrire.

Ignis primum naturæ principium.

CAP. II.

Hippocraticum hunc Naturæ ignem, nemo sibi à luce cœlesti alienum fingat. Sacer enim Philosophus in Genesi non ignis sed lucis mentionem facit. Hunc duplarem esse quilibet prudens animus conjectare facile potest, universalem nimicum, & particularem, sive individuum.

Ignis universalis fontem in Sole esse testatur Hermes inquiens: omnium formarum naturalium est Sol. Exinde per omnes partes universi undique diffunditur. Et Hippocr. ^{lib.de} omnia in totum gubernat hæc, & illa, nec unquam ^{carnib.} quiescit. Aliisque Philosophi illum tanquam Animam mundi, Naturæ